



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Decretum. VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

dotes, orationem, aut collectam, quæ pro peccatorum venia postulanda dicitur, per septem dies deuotè recitent; idemque clerici pia oratione precentur.

Quod ut populus etiā deuotè agat, suos quisq; parochus Christifideles diligenter moneat, atque cohortetur.

vos licet, qui vobis & satisfaciant, & probati sint: ita scilicet, ut qui dimidiā partem suffragiorum, ab iis qui ex compromissione vestro electi sunt ad suffragandum, tulerint, hoc examinandi manus habeant, quousq; alia synodus diœcesana celebrabitur.

Decretum. V.

De Synodi
trid. dec.
recipiēdis,
& professi
fidei præ-
ficienda.
Sess. 15. dec.
de refor. c. 2

A SACRO SANCTA Tridentina synodo illud grauissimè sanctum est, vt quicunque vel hoc tempore, vel in posterum ecclesiastica beneficia obtinebunt, qui item in diaœcesanam synodum conuenire debent; omnes in ea ipsa synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur, recipiat oīa & singula, quæcumque eodem Concilio Tridentino decreta & constituta sunt, reliquaque omnia praesertim, quæ in sessione xxv. capite 1. enucleatae præscripta sunt.

Tit. de pro-
fessi. fid. pag.
2.

Atque id ipsum quidem decretum Tridentinū nos in Synodo provinciali prima executi, fidei etiam professionem ex formula præstimus, quā summus Pontifex Pius Quartus concepit & consecrit. Vniuersos igitur & singulos, qui ecclesiastica beneficia obtinent, sacrisve ordinibus initiati sunt, iubemus ac præcipimus, omnia & singula, quæ in oecumenica illa sacra synodo decreta ac definita sunt, recipere, fideique professionem ex Pontificia ea formula præstare: si modò alias id in synodo nunquam præstierunt.

Decretum. VII.

SA CRA item oecumenica & vniuersalis Tridentina Sxnodus iubet, aliquot viros, eosque tales deligi, quales de refor. c. Summus Pontifex Bonifacius Octavus 10. cap. Ita sua constitutione præscripsit.

Qui & alioquin ad id apti & idonei cōstituantur, ut ipsis cause ad forum ecclesiasticum pertinentes, in partibus delegandæ committantur.

Vt igitur illud ipsum Tridentinum decretum nos exequamur, vobis proponimus ac nominamus hos octo viros, quibus cause delegentur; ita ut quatuor ex his suffragijs vestris pluribus designati, munus habeant eiusmodi causas iudicandi, quoad altera synodus habebitur.

Decretum. VIII.

VE TVS est consuetudo sacrosanctis canonum decretis introducta, & de creto provinciali communita, vt Synodus singulis diaœcesanis, viri aliquot vita & moribus graues ac probati deligantur, qui animaduertant diligenter, an ali quid in vrbe & diaœcesi sit, quod corrigi emendari debat: ac si quid tale cognoverint, id nobis, vel Vicario nostro generali, aut visitatoribus nostris significant; interrogati que de aliqua re quæ emendationem requirat, summa integritate referant.

Nos propterea vetus illud, ac probatis sumum institutum, & provinciale decretum secuti, huic muneri proponimus ac nominamus hos viros, quos Cancellarius iusli nostro de suggestu, & in vrbe & in diaœcesi testes synodales pronunciantur.

Superiora proxima decreta, sunt in omni synodo quasi solennia; ut potè, quæ partim initio synodi, partim in sessione synodali, in qua de examinatoribus, de iudicibus delegatis, testibusq; synodibus agitur, promulgari de more solet.

De-

De exami-
natorib. de-
ligendis.
Sess. 24. dec.
de refor. c.
3.

SACRO Tridentino Concilio decretum & constitutum est, quotannis in diaœcesanam synodum ab Episcopis viros aliquot idoneos referri debere; qui diligentem examinis ratione, de vita, moribus, doctrina eorum querant, qui patrochialium Ecclesiarum curationi præsciendi sunt.

Hoc igitur ipsum decretum nos exequi cupentes, animaduertentesque prænotare, diaœcesis amplitudine maiorem examinerum numerum requiri; proponimus vobis hos venerabiles viros viginti tres, quorum nomina à Cancellario de suggestu pronunciabuntur.

Ex ijs porrò omnibus illos deligi per-

De Iudicis
Synodalib.
Sess. 25. dec.
de refor. c.
Summus Pontifex Bonifacius Octavus 10. cap. Ita
sua constitutione præscripsit.

titū de reg.
ser. in 6.

De Testib.
Synod. deli-
gendas.
Prou. 4. tit.
de Test. Sy-
nod. pa. 179.